

Ecce, virgo concipiet.

Léctio libri Isaíæ prophétæ

7, 10-14

In diébus illis:

¹⁰ **L**ocútus est Dóminus ad Achaz dicens:

¹¹ «Pete tibi signum a Dómino Deo tuo
in profúndum inférni sive in excélsum supra».

¹² Et dixit Achaz:

«Non petam et non tentábo Dóminum».

¹³ Et dixit:

«Audíte ergo, domus David;
numquid parum vobis est moléstos esse homínibus,
quia molésti estis et Deo meo?

¹⁴ Propter hoc dabit Dóminus ipse vobis signum.

Ecce, virgo concípiet et páriet fílium
et vocábit nomen eius Emmánuel».

Verbum Dómini.